

Linea pontificū

Iszarias



Yoyada



Asarias



Iste Benedab filius Tabzemmo filij Ozyon regis Syrie inijt fedus cuz baasa rege israel: q̄ rupto percussit fedus cū Aza rege iuda. et extunc turbaueit reges Syrie regnū isrl̄ vtz. Benadab rex syrie collecto exercitu suo. et. xxxij. regib⁹ eum adiuvātib⁹. venit extra Achab regē israel in preliū. ⁊ dñs p̄ p̄ham predixit victoriā: quod ⁊ factū est illis fugat: Iterum infra annū restaurato exercitu venit rex Syrie cōtra isrl̄ bellū movēs in vallib⁹. dicētib⁹ q̄ dñi mōtium erāt dñi isrl̄: ideo victi prius fuerāt. Sed debellatus est exercit⁹ Syrie occisis centū milib⁹ de eis. ⁊ decem ⁊ septē milia qui remāserāt. fugiētes in ciuitatem murus ciuitatis ruēs oppressit eos. Benadab autē rex syrie occultās se misit nūcios indutos cilicio ⁊ cinere aspersis capitib⁹ petēs misericordiā: quod Achab fecit dimittēs liberū. Quod p̄pheta quidaz redarguit in habitu simulato ⁊ sub parabola dati alicui in custodia sub pena mortis sic cocludit. q̄ q̄ rdimiserat benadab dignum morte. ⁊ populus suus israel esset pro eo salicet periturus.

Asael rex Syrie exigentib⁹ demeritis occulto dei iudicio promot⁹ fuit in reges Syrie vt affligeret filios isrl̄. Iste est sup quo fleuit helizeus p̄phans eius futurū regē syrie. ⁊ multa mala facturū israel. Qui etiā p̄pter peccata hien missus est a dño in omnē terrā galaad. gad. ruben. et manasse. ⁊ fecit plagas magnas cunctis dieb⁹ Joathas. sed Joas fili⁹ ei⁹ dño deo sibi fauente tulit vrbes de manu Benadab filij Asael post mortem asael.

zacharias



Iste benadab filius suus Asaelis. Porro ioas filius Joachas rex israel tulit vrbes de manu benadab quas asael pater su⁹ tulerat de manu Joachas iure prelii. nam tribus vicib⁹ percussit eum ioas. et debet scribi p̄ d̄ in fine vt volūt hebrei.

Iste Jojada inclit⁹ fuit et amouit Athalia ne regnaret sup iudam. constituitq; Joas filiū Joram pro ea. Hic solus post Moysen legit vixisse. c. xxx. annis. Hic etiaz diuino zelo ductus disposuit vt athalia occideretur in domo regis.

Basim ille rex Syrie vastauit iudam tpe Achas propter quod obsedit eum Teglatphalazar in damasco. ⁊ cepit ciuitatē ipm̄q; interfecit ⁊ trāstulit pplm̄.

Achaz filius Jojade lapidatus est iussu regis Joab inter altare ⁊ templum. eo q̄ Joas increpauit q̄ dereliquisset viam domini.

Iste Asarias p̄ zelo legi cōstāter restitit osie regi iude volēti sacrificare vtz.

Naboth iesrabelites: cū haberet vineam prope domum regis Achab. Voluit ipse achab ⁊ requisit Naboth vt venderet vineam pro orto faciendo. Qui cum noluisset acquiescere ei. contristatum super hoc vxor ipsius Achab Jezabel hoc audiens consolatus est eum. ⁊ procurauit per falsos testes ipsum Naboth accusari de blasphemā dei. quo facto. ille innocenter lapidatus est. Et cum Achab iuisset ad capiendum vineam naboth. dominus misit ad eum helyam qui prenu- ciaret ei exterminium eius. et domus sue propter tale scelus.

Linea regū syrie

Benadab



Asael



Benadab



Rasim



Naboth Iesrabelita

